¶Et probans q̄ in ſolo deo ſit ꝯfitendum inducit q̄ deꝰ ſit iuſtus dicens. ip̄e eſt Qui cuſtodit veritatē in eternū non enim mentiri poteſt. Item ipſe facit iudicium iuſtū iniuriā patientibꝰ eos de iniuriā tibꝰ vindicando. ipſe et dat eſcam vtrāqꝫ corꝑales ꝛ ſpūalem eſurientibꝰ ſupplēdo defectū eoꝝ. Ipſe ſoluit etiā ꝑ grāꝫ cōpeditos peccatoꝝ vinculis aſtrictos et dominus illuminat cecos .i. luce ſue ſapientie ex inſipientibꝰ facit ſapientes.

Ip̄e etiam Dominuſ erigit eliſos ſiue claudos. quos enī dyabolꝰ elidit dominuſ erigit dominꝰ diligit iuſtos q̊s locat in eterna beatitudine. Ipſe etiam Dominus cuſtodit aduenas extra terrā natiuitatis eoꝝ exiſtentes et pupillum et viduā hūano deſtitutos auxilio ſuſcipiet ſub ſua cura ſpeciali vt ſperēt in deū. ꝛ etiaꝫ q̄ habent terrena et nō in eis confidūt pupilli et vidue dei ſunt et vias .i. proceſſus iniquoꝝ ꝑſequentiū has ꝑſonas impotētes dn̄s diſperdet ¶Tanta eſt dei potentia et iuſticia o ſyon o eccleſia. Dominus quem revereris deus queꝫ credis tuus quem diligis regnabit nō ad modicum ſicut reges mūdani ſed in eternum.

¶Pſalmus. CXLVI. in quo monet ad laudandū deū.

¶Propheta excitans ad laudem dei ait.

Laudate dominū quoniā bonū eſt pſallere ad gloriā et honorem maieſtatis eiꝰ pſalmodia enī de laude dei ō bona q̄ꝛ dulcedinem habet annexam et meret̄ vitā eternam laudatio autē exhibenda deo debet eſſe iocunda ex deuotione animi facta debet eſſe decora vite moribꝰ ſpecioſa q̄ nō eſt in ore peccatoꝝ q̄ bone cantilene malis obſtrepunt moribꝰ ¶Laudandꝰ eſt vere Dominus q̄ꝛ eſt edificans hieruſalē celeſtē quā de viuis lapidibus extruit. edificat autē ſic. quia diſperſos fideles ꝑ orbem congregabit in vna fide ſpe et caritate vt de illis edificiū celeſte formetur Ipſe etiā eſt Qui ſanat cōtritos corde offerentes deo ſacrificiū cordis contribulati cōdonando eis peccata et alligat apponendo ſacramenta vulnera eorum q̄ ſcꝫ faciunt penitentiā donec cōſolidet qd̄ fractū erat. ¶Ip̄e et ē Qui mltitudinē ſtellaruꝫ in certo numero poſuit et omnes virtutes eaꝝ et nomia nouit.

¶Quid plura Magnus dominus noſter et magna virtus eiꝰ. et ſapientie eiꝰ nō eſt numerꝰ. q̄ꝛ infinita ꝛ incōprehenſibilis Ip̄e etiam eſt Suſcipiens in gloria manſuetos. humilians aūt peccatores ſuꝑbos. ꝯtrarios manſuetis vſqꝫ ad terrā. manſuetudo enim ad celum vocat. ſuperbia in terrā detrahit. angeli ſuperbi in terram corruerūt. homines hūiles ad celū vadunt. ¶Quia dominus manſuetos in gloria ſuſcipit Precinite domio ī confeſſione laudis pſallite deo noſtro voce et honoꝝ operū cōſonantia. ¶Et memorans propheta opera per que poteſtas dei oſtendit̄ dicit. ipſe ē Qui operit celuꝫ nubibus ad hoc q̄ꝛ paret terre pluuiam. vt fecundetur ad terrenaſcentium productionem.

Qui producit in montibꝰ fenū et herbam ſeruituti hominū. Qui dat iumētis eſcam ipſoꝝ. et pullis coruorum clamantibꝰ quia a parentibus anteq̄ꝫ nigreſcant nihil nutrimēti recipiūt. tribuit vnde alantur ſcꝫ rorem celi.

¶Manſuetos autem diligit. ſꝫ In equitibus cōfidentibus de ſua fortitudine magis q̄ꝫ de deo non erit beneplacitū ei nec in peditibus confitentibus de robore ſuo magis q̄ꝫ de deo eſt beneplacituꝫ ei. quia huiuſmodi homines ſuperbi et fatui audaces ſunt quos deus odio habet.

¶Beneplacitum autem eſt domino ſuper timentes eum. quia per timorē peccatum expellitur. quod deo diſplicet. et in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. quia timor non valet ſine ſpe venie.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf